



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Landelinus Conf. 15. Iunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

15.Iunii. VITÆ SANCTORVM. 297
ducem se
os agere
Hoc tu
: sed cur
induisti?
as : nihil
L insolen-
m in cor-
erum es
iii.
trium-
escentu-
vrannos,
ra enim
& pore-
torto-
suli ma-
artyr ty-
aulâ est
s instru-
icer car-
uce co-
iperent
n vel in-
trociora
ge usus,
m cæli
Huc ita-
ospitem
ila. Ad
cicures,
quam

quàm tyrannum reddidit. In ollas porrò injectus,
igne ac pice timendas præ thermis suis has Dio-
cletiano laudavit. Ad extremum ex equuleo à
genio tutelari ad ripas Silari asportatus , placidè
inter umbras arboris animam viètricem cælo
transmisit, puer, si annos ; senex, si triumphos nu-
mèremus. Ex Sisrio.

Neganda sunt terrena omnia, ut melioribus abunde-
mus, & contemptus universorum Christus sequendus
est; & spiritualium Eternitas terrenorum est danno
comparanda. S.Hilarius in Evang.

S. LANDELINUS CONF. 15.Iunii.

IN latrones incidisti , quisquis è bonorum so-
odalitio in malorū contubernium transisti. Hoc
aded LANDELINO crede. Hic è primâ Gallorum
nobilitate , & à puero inter literarum & pietatis
studia educatus, dum aures vocanti Dœ claudit,
aperit avocantibus ; dum amicis esse amicus ad
aram studet , penè ad inferos fuit. Certè quenq;
inter religiosorum hominum cohortes militare
cognati noluerunt, inter publicos prædonum ma-
nipulos mereri viderunt. I nunc sanguis, & aspergi
maculam generis splendori querere , cùm in De-
servitium abeundi tui ; at tu adolescentia audi,
quantum custodi Angelo debeas ! Diripiendis
cujusdam ædibus nox erat dicta à LANDELINO.
Sed fortior mors LANDELINI familiam prior diri-
puit, socium subitò auferendo, quem in paucis ille
charum habebat. Ob id tristiori, in somnis bonus
genius astitit, & malum socium à pejoribus geniis
ad inferorum flamas abripi monstrans, Heus, aje-
bat, an & nunc socius huic eris? Enimverò non pla-
cuit jam Theseum esse , Pirithoo ad orcum ab-

N 5

cunre.

eunte. Damnat proinde vitam pristinam, ter supplex ad DD. Apostolorum it limina, & post extorta compluria cœnobia, & MAGNÆ MATRI templum, post edita miracula, sub annum DCL. cilicio, & cineri incubans, sancte emoritur. Ubi tunc socii olim peccantis? crede iterum LANDELINO, quisquis cum pluribus peccas, aut solus tebis, aut sero flebis. Ex Surio.

Melius est habere malorum odium, quam consortium: sicut bona multa habet communis vita Sanctorum; sic plurima mala societas affert malorum. Isidor. 1.2. soliloq.

S. BENNO EPISC. 16. Junii.

BENNO ex illustri Saxonum sanguine monachus, ex monacho Misnenium Pontifex, Slavos sub CHRISTI jugum egit. Captus bello Saxonico ab Henrico IV. Imp. & libertati restitutos, Romam abiit, pars magna illic Concilii futurus: inde redux templi sui claves, quas in Albim, cum iter ingredere tur, abjecerat, in pisce recepit: pedo aquam è terrâ, precibus ex aquâ vinum dedit; sibi per undas viam stravit: manibus Cælitum, non semel ad suos per magna itinerum spartia compendio est transportatus. Misniæ Marchionem, quo dilatapam ab eo acceperat, hoc eodem, anno ventente, moriturum dixit, & vatem fuisse mors nimè mendax ostendit. Claruit innumeris semper miraculis; tum præcipue, postquam Monachium Bojorum caput translatus est. Ibi ille pugnantem in se populi pietatem beneficiis quotidianis certare vincere, certamine hoc etiam jucundiore, quod clientes vel victi triumphant. Ex Hieren. Emser.

Cogita peregrinationis tua miseriam, cogita via humana